


SECUNDUM

Cumautem persequentur uos incuitate ista· fugite
in aliam · ⁊ Amen dico uobis· non consummabitis ciuita
tes israhel· donec ueniat filius hominis· ⁊

Non est discipulus super magistrum· nec seruus super
dominum suum· ⁊ Sufficit discipulo· ut sit sicut
magister eius· & seruus sicut dominus eius· ⁊

Si patrem familias beelzebub uocauerunt· quanto ma
gis domesticos eius· ne ergo timueritis eos· ⁊

Nihil opertum quod non reuelabitur· & occultum
quod non scietur · ⁊

Quod dico uobis in tenebris· dicite in lumine · ⁊ & quod
in aure auditis· praedicate super tecta· ⁊ & nolite
timere eos qui occidunt corpus· animam autem
non possunt occidere· ⁊ Sed potius eum timete·
qui potest & animam & corpus perdere in gehenna · ⁊
Nonne duo passeres asse ueniunt· & unus ex illis
non cadet super terram sine patre uestro · ⁊ Uestri
autem & capilli capitis· omnes numerati sunt · ⁊
Nolite ergo timere· multis passeribus meliores estis
uos· ⁊ Omnis ergo qui confitebitur me coram ho
minibus· confitebor & ego eum coram patre meo
qui in caelis est · ⁊

Qui autem negauerit me coram hominibus· negabo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0052